



3
Pri. 27. num. 30. ~~P. 2. 30.~~ 37

DISSERTATIO JURIDICA 1730, 36

DE
NATALIVM
RESTITVTIONE
SEV
LEGITIMATIONE LIBERORVM
ILLEGITIMORVM

QVAM

DEO T. O. DVCE ET AVSPICE

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO
REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,

237
DN. PLACIDO

REGALIS MONASTERII S. S. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI ORD. S.
BENEDICTI INTRA ERFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVRÆ ZELLENSIS
ET IN FRANCKERODA AD WVERRHAM DOMINO, S. FACVLT.
THEOLOG. ASSESSORE PRIMARIO, ETC.

IN PERANTIQA ERFFVRTENSI VNIVERSITATE
INDVLTV ILLVSTR. JCTORVM ORDINIS
SVB PRÆSIDIO

DN. RVDOLPHI HENR. Siegler,

J. V. D. PROF. PVBL. ORD. ET COLLEG. SAXON. DECAN. ETC.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI

CIRCA HOR. X. DIE XXI. OCTOBR. ANNO MDCGXXX.


EXERCITII GRATIA

PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTET

RVDOLPHVS CHRISTOPH. Senne/

J. V. Cult. Walfchleb. Erfurtenfis.

ERFORDIÆ, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.



DISSERTATIO JURIDICA

DE

NATALLVM

DEO,

LEGITIMATIONE LIBERORVM

PATRIAE

REGIAE UNIVERSITATIS MAGNIFICAE

ALMAE MATERIAE

ET PATRIAE

IN PRAXI

PATRONIS.

IN AVDITORIO

EXERCITII GRATIA

CIRCA HOC N. DIE XXII OCTOB. ANNO MDCCXXII

AVDITORIO

ADOLPHVS CHRISTOPH. SCHMIDT

J. N. C. W. W. W. W.

AVDITORIO





DISSERTATIO JURIDICA
DE
NATALIVM RESTITVTIONE
Seu
LEGITIMATIONE LIBERORVM
ILLEGITIMORVM.

PROÆMIVM.



FX matrimonio provenit proles, in quam constituta est potestas patria, antiquissimum juxta ac sanctissimum genus Imperii, quo Parentum jussa venerari, eorundemque præ se eminentiam agnoscere, liberi tenentur, juxta PUFENDORFF. *de off. hom. & Civ. Lib. 2. Cap. 3. §. 1.* Oritur autem hæc potestas materialiter ex Jure Naturali: Pater enim natura imperat liberis, sicut Rex subditis, inquit ARISTOT. *L. 8. Eth. c. 12. & L. 1. Pol. c. 1.* Et hæc ratio etiam matri certo respectu competit, ARG. *l. 6. ff. de in jus vocando l. 4. ff. de Curat. furios.* non tamen in gradu excellenti, quo Patri, quia

Origo patria potestatis.

Materialiter.

quia & Jure Naturæ potestas matris, potestati patris est subordinata, ob-maritale imperium, quod competit in uxorem. Et juxta PLIN. in Panegy. Trajan. c. 38. vis atque lex naturæ semper in ditione parentum esse liberos jussit. Formaliter vero, jus patriæ potestatis peculiare, est juris Civilis, quatenus in ea novis qualitatibus & effectibus specialibus est aucta & efformata, quod ipsum videtur innuere JVSTINIAN. in §. 2. Inst. de patr. potest. dicens: *nulli enim alii sunt homines, qui talem in liberos habent potestatem, qualem nos habemus.* Talis vero potestas erat potius despotica, quæ continebat jus vitæ & necis &c. l. ii. ff. de lib. et posthum. l. ult. C. de patr. pot. Describitur vero patria potestas, quod sit jus patri competens, liberis legitimis, qui in ea familia sunt, imperandi, quoad res & personas eorum, ad communem familiæ utilitatem. STRUV. Syntag. Jur. Civ. Exercit. 3. lib. 36. Constituitur autem patria potestas vel natura, ut per nuptias l. 3. ff. de his, qui sui vel al. jur. vel Jure Civili, eoque vel naturam adjuvante, ut per legitimationem. §. fin. Inst. de nupt. vel naturam imitante, scilicet per adoptionem pr. Inst. de Adopt. De illa verò potestate & ejus effectibus, quæ ex legitimatione provenit, in præsentî hac Dispuratione differere, melioris autem Doctrinæ gratia hanc in tria capita dividere, consitui, hac spe fretus, hoc opus benevolo Lectori non ingratum fore, sunt primitiæ meæ, si forsitan aliquid contra opinionem alicujus in hisce thesibus sit statutum, non statim cum fulmine repercuriat, sed tantummodo benevola perfectione judicet, & hoc est, quod peto. Deum autem T. O. M. humillimis precibus imploro, ut impofterum studiis meis benedicat, quo tandem viribus meis proximo inservire possim.

CAPVT I.

De Legitimatione per subsequens matrimonium.

§. I.

§. I.

A nequam autem me ad ipsam rem converto, paucis *Etymologia.*
 de Etymologia vel derivatione tituli Disputationis
 meae agam. (1) Natales significant stemma, genus,
 Familiam &c. & derivatur à verbo nascor. (2) Restitutio
 autem venit à restituendo, & denotat natalium Restitutio
 nil aliud, quam positio in eum statum, quo inirio omnes
 homines nascebantur l. 2. ff. de natal. restit. (3) Legitimatio
 vero descendit ab adjectivo, legitimus i. e. quod legibus
 consentaneum est, & exinde is vocatur, qui secundum le-
 ges antea illegitimus, nunc legitimus factus est. (4) Liberi
 vocantur ab adjectivo liber, hoc est: qui suæ est potestatis
 ac non alieno juri subiectus, vel qui libera conditione
 nascuntur & his opponuntur servi. (5) Illegitimi; Hoc ex
 præcedentibus facile potest desumi, ac tales nominantur,
 qui contra legum præcepta sunt procreati; Et hoc de Ety-
 mologia dictum sufficiat.

§. II.

Non autem de ista Restitutione natalium, quæ in tit. *Non de Resti-*
tit. natalium
rat. servorum
h. l. dicitur.
 ff. de natal. restit. occurrit, ubi tantummodo Imperator de
 servis loquitur, quando libertatem ac per consequens in-
 genuitatem consequantur, verba faciam, sed solum de iis
 mihi erit sermo, qui extra matrimonium sunt nati, quod
 & indicant verba sequentia Tituli Disputationis meæ: *De*
legitimatione liberorum illegitimorum.

§. III.

Est autem legitimatio per subsequens matrimonium, *Quid est Legi-*
timatio per
subseq. matri-
monium?
 quando pater mulierem, quam in concubinato habuit, &
 ex qua filios naturales suscepit, in uxorem ducit, ac filii hi
 admittunt se transferri in Familiam ac potestatem patris
 §. fin. Inst. de nupt. l. 5. 6. Cod. de natural. lib. Nov. 89. cap. 8. §. II.

§. IV.

Imperator Constantinus M. fuit primus, qui hunc mo-
 dum legitimandi invenit, ut liberi in concubinato geniti, *Quinam eras*
hujus modi in-
ventor?
 sui & legitimi efficerentur, concubinato in verum matri-
 monium

monium converso. *d. l. 5. C. de natural. lib.* Illam Constantini Sanctionem Zeno, Imperator, renovavit, aut cum limitatione, nempe ut illi, qui ante istius Constitutionis renovationem in concubinato suscepti essent, legitimi fierent: Non autem & isti, qui post illam in Concubinato nascerentur. Unde liberi post Zenonis Constitutionem in concubinato geniti, legitimationis jus non consequerentur. *d. l. 5.* quod ideo fecit, ut homines a concubinato abstereretur, & ad legitima matrimonia invitaret, BORCHOLT. *c. 7. n. 18. de Feud.* RITTERSH. *ad §. ult. Inst. de nupt.* Anastasius, Imperator, vero sancivit, ut & imposterum a concubina suscepti liberi per subsequens matrimonium fierent legitimi *l. 6. Cod. cod.* Et illam postea JUSTINIANVS approbavit. *l. 10. §. 11. C. ibid. Nov. 74. in princ. §. Nov. 89. c. 8.*

§. V.

Ille modus est omnium perfectissimus.

Inter omnium autem legitimationum species, modus iste est præstantissimus atque maxime favorabilis RITTERSH. *P. 4. c. 12. n. 8. Novell.* & aliis legitimationibus est præstantior DECIUS *in c. cum cunctis Extr. de Elect.* WESENB. *Consil. 44. n. 40.* & efficacior ac validior, NICOL. MOZZIVS *de feud. tit. de natural. feud. n. 93. p. 227.* & plenior. HIERON. DE CÆVAL. *in Spec. Comm. Opinion. qu. bob. n. 12.* Unde quoque est vera & propria legitimitio. MENOCH *lib. 1. Conf. 18. n. 13.* Et proximius accedit ad legitimum nascendi & regulare legitimitatis principium REINKING. *qu. 2. de Retract. Consang. n. 283.* quia naturam imitatur, & ex matrimonio ducit originem. BALÆ *Vol. 1. Conf. 319. n. 1.* ac illa legitimitio purgat omnia vitia præcedentia *cap. tanta. 6. X. qui fil. sunt legit.*

§. VI.

De Jur. Civil. Instrumenta dotalia requiruntur.

Jure Romanorum ad hunc legitimandi actum pertinebant Instrumenta dotalia *l. 6. 10. §. 11. C. de natural. lib. dicta Nov. 74. in princ. §. Nov. 89. c. 8.* ista enim dotalia instrumenta ideo intervenerunt, ut constaret de nuptiis initis cum concubinis. PEREZ. *ad Cod. de natural. lib. n. 9.* & affectus maritalis distingueretur ab eo, qui hactenus erga concubinam fuisset. ANTON. MATTH. *ad §. ult. Inst. de nupt. & STRUY.*

STRUV. Syntag. Jur. Civ. Exercit. 3. th. 50. ibique alleg. LL.
& Autores.

§. VII.

Requiruntur vero ejusmodi instrumenta non ad ef-
sentiam legitimationis, quia sine iis contrahi potest verum *An de essentia*
& legitimum matrimonium l. 4. in fin. ff. de pign. l. 13. C. de *illa sint?*
nupt. & per consequens quoque fieri legitimatio l. 5. C. de
natural. lib. sed tantum ad matrimonii probationem l. 5. C.
10. §. II. C. eod. STRUV. alleg. l. th. 50. SVTHOLT. ad Inst. Dis-
sert. 2. Aph. 65. ibique alleg. LL. & Autores. ut scilicet de muta-
to affectu concubinario in maritalem, eo possit constare
evidentius. Et hæc causa est, cur Imperator ubique fere
mentionem facit instrumentorum dotalium; quamvis &
dici possit, instrumenta dotalia ibidem nil aliud denotare,
quam ipsum matrimonium, quia in hoc plerumque adhi-
beri solebant hæc instrumenta, quo sensu etiam veniunt
in l. 11. C. eod. HOPP. ad S. ult. Inst. de nupt. p. m. 103. De Ju-
re Canonico instrumenta non sunt necessaria. arg. est c. ran-
ra. Extr. qui fil. sunt legit. Unde etiam in terris Imperii, quoad
successionem, non etiam in terris Ecclesie illa adhibenda
esse putant. JASON. Vol. 4. Cons. 168. n. 7. STEPHAN. ad Nov.
74. n. 4.

§. VIII.

Porro nec moderna consuetudo requirit ista instru-
menta. GVDELIN. lib. 1. c. 15. de Jur. Noviss. ait: Absque so-
lemnitate dotis dotalisque instrumenti per simplex Conjugium se-
cessant ista.
quens Parentum liberos fieri legitimos. Sed hodie fere nun-
quam in probando matrimonio ad pacta dotalia recurri-
tur, quippe qua moribus seculi ante nuptias conferibun-
tur, sed regulariter ex Calendariis Ecclesiasticis, Kirchen-
Büchern, benedictio sacerdotalis, per consequens matrimo-
nium probatur, de qua si constat, effectus legitimatio-
nis inde sequitur sua sponte. CARPZ. Jurispr. Eccles. L. 2. d. 142.
n. 17. seq. WESENBECK. Cons. 44. n. 44. STRYK. Us. Mod. ff.
de bis, qui sui vel al. jur. §. 10. At si ob præmaturum alicujus
Conjugis obitum illa benedictio sacerdotalis non accesserit,

rit, tamen liberi legitimi censentur, si tantummodo consensus matrimonialis seu sponsalia aliter probari possint. MEV. P. 2. Dec. 81. CARPZ. P. 3. Const. 14. def. 12. cui sententia nos adscribimus.

*Legitimatio
ista potest fieri
in extremo
mortis articulo.*

§. IX. Uterius potest partus illegitimus in extremo mortis articulo legitimari, quia nuptias, non concubitus, sed consensus facit. l. 30. ff. de R. J. deinde quia non tam contrahit moriens, quam potius declarat, se maritale affectionem erga concubinam habuisse arg. l. 10. vers. neque enim verisimile est &c. Cod. de natural. lib. ECKOLT. Compend. ff. Juris de his qui sui vel al. jur. §. 16. Qui §. 17. cum alleg. LL. & Autoribus in certis casibus limitat praedictam sententiam, scilicet (1) si fraudis suspicio subsit, v. g. si fieret ad excludendos liberos legitimos (2) si fiat ab agonizante, nullum sensum perfecte amplius habente.

Limitatur.

*Non semper
procedit haec legitimatio.*

§. X. Interdem quoque haec legitimatio non semper procedit (1) si concubina sit mortua, vel si connubio sit indigna, i. e. si uxor justa haberi non possit ob nimiam disparitatem, item (3) si sit absens, vel (4) si pater sit coaptatus in Clerum &c. quod ex CV JACIO ad Nov. 74. docent RITTERSH. P. 4. c. 12. n. 8. & STEPHAN. ad Nov. 74. n. 5.

*An huic legitimati
oni matrimonium
intermedium
obstet?*

§. XI. Nihil interest, utrum ante aut post matrimonium intermedium haec subsecuta sit legitimatio, quod solide atque docte explanavit Dn. STRYCK. in Uf. Mod. ff. de his, qui sui vel al. jur. §. 11. cum allegatis, contra dissentientium opiniones add. ECKOLT. all. l. §. 18. Et tales liberos ex libera femina natos, quam quis superatus valida amoris vi compressit, Germani vocant Lieb-Kinden, Jungfrauen-Kinden RITTERSH. P. 7. c. 5. n. 2. Novell. PHILIPPVS KNIPSHCILD. c. 8. n. 305. de Fideicom. Famil. Nobil.

Quid de adulterinis & incestuosis?

§. XII. Idem dicendum est de adulterinis & incestuosis, si maritus enim mortua uxore eandem matrimonio sibi copula-

pulaverit, ac hoc modo illis jura legitimorum nihilominus secundum nonnullorum opinionem tribuuntur: Dispensatio super macula natiuitatis vel super illegitimis natalibus a quibusdam vocari hoc consuevit, quia tunc temporis scilicet conjunctionis matrimonium fuisset prohibitum. LVDVIC. Doctr. ff. de his, qui sui vel. al. jur. §. 6. in fin. conf. alleg. STRYCK. §. 12. & 13. junctis rationibus, qui §. 15. putat, reuera lusum in voce esse, dicendo, utrobique tantum juris habebit & legitimatus & dispensatus, quantum indulerit Princeps.

§. XIII.

Legitimatio per hunc modum non recte annumerari præcoces, die Frühlinge, i. e. qui ante matrimonium sunt concepti, sed in matrimonio geniti &c. l. ii. C. de natu. ral. lib. putat ECKOLT. all. l. §. 21. & HOPP. ad §. ult. Inst. de nupr. p. m. 102.

Non autem obtinet ista legitim. in præcocius, vulgo Frühlingen.

§. XIV.

In quibusdam tamen locis id observatur, ut liberi legitimandi, si ætas eorum id ipsum admittat, matri, in ipsa copula sacerdotali, quam proximo adstent, eamque vestitu teneant, teste GEORG. SCHVLZ ad ff. ult. Inst. lit. k. Hinc etiam dici solent, die Mantel-Kinder; sed hoc magis solennitatis causa fieri videtur, ut partum agnovisse videantur Parentes, quam alicujus necessitatis. HOPP. cit. l. p. m. 103.

Vocantur isti liberi per subs. matrimonium legitimandi, die Mantel-Kinder.

§. XV.

Legitimati autem per subsequens matrimonium vere legitimi dicuntur, & legitime natis quoad omnia comparantur, matrimonium quippe retrahitur ad tempus natiuitatis filiorum, ita, ut illud contractum esse censetur ante filiorum natiuitatem GAIL. lib. 2. Obs. 141. n. 1. & seq. CARPZ. P. 2. C. 6. def. 15. & ideo succedunt quoque (1) in Emphyteusi ecclesiastica perinde ac legitimi, si pater Emphyteusin pro se & filiis suis legitimis ab Ecclesia acceperit; Admittuntur (2) tales legitimati ad Episcopatum alleg. GAIL. l. c. n. 2. in fin. &c. & sic quoque (3) legitima-

Quisnam sit effectus hujus legitimat?

ti sub nomine legitimorum in status veniunt, als ehelich
gebohrne oder vollbürtige Kinder, quia propter vim matrimo-
nii omnis macula aufertur. MEY. P. 3. Dec. 87. REINKING.
de Retract. Confang. Q. 2. n. 183. seqq. RICHTER. P. 1. Dec. 80.
n. 17. (4) Dignitatem patris consequuntur SCHVRPF. Cent.
1. Conf. 1. n. 17. STEPHAN. de Jurisdic. l. 2. P. 1. c. 5. membr.
1. n. 70. Accipiunt etiam (5) testimonium natalitium,
Geburths-Briefe, quod ex legitimo thoro & honestis pa-
rentibus sint nati, daß sie aus einen rechten, ehelichen, unbeflect-
ten, ungetadelten Ehe-Bette herkommen und geböhren. CARPZ.
P. 2. C. 6. def. 15. BERLICH. P. 2. Concl. 39. n. 18. RICHT.
P. 1. Dec. 80. n. 15. succedunt etiam (6) parentibus cum re-
liquis legitime natis tanquam sui, Nov. 74. in prefat. & (7)
aliis Cognatis tanquam legitimi Nov. 89. c. 8. in princ. Idem
in legitimatis hoc quoque quoad parentes Illustres procedit,
ut & dignitatis & armorum & insignium illius familiae
fiant participes. HOPING. de Jur. Insign. c. 7. n. 161. MY-
LER. Gamol. Princ. c. 24. §. 2. &c. penes quos autores plura
evolvi possunt.

§. XVI.

Quid de fe-
dis?

In feudis etiam hodie succedunt tales legitimati, pro-
pter vim matrimonij, quod omnem maculam purgat ac
per consequens omnibus legitime natis comparantur
CARPZ. P. 3. C. 28. def. 17. SCHVLTZ. in Synops. feud. c. 8.
n. 43. FINCKELT. Disp. Feud. 6. qu. 13. STRUV. Syntag. Jur.
Feud. c. 9. th. 3. n. 12. quæ sententia eousque procedit, et-
iamsi feudum sit concessum pro se & liberis legitime na-
tis. SCHRAD. P. 7. cap. 5. n. 21. STRYCK. Exam. Jur. feu-
dal. c. 15. qu. 38. quamvis ob stare videatur Cap. naturales 2.
Feud. 26. tamen plus ad legitimos per Rescriptum Principis,
quam ad legitimatum per subsequens matrimonium hoc
Cap. restringitur, quod neque in observantia amplius ob-
tinet. Ulterius potest etiam hic responderi ad hoc Capi-
tulum, quod tantummodo intelligendum sit de legitima-
tis per successionem jam aliis delatam, quod probari vide-
tur ex voce: *Postea*. Atqui vero hoc non poterit de illis
dici,

licij, qui per subsequens matrimonium legitimantur, cum patre mortuo demum successio defertur, quo casu amplius locum non habet legitimatio per subsequens matrimonium. HOPP. ad §. ult. Inst. de nupt. p. m. 104.

§. XVII.

Sed hoc non generaliter est intelligendum de legitimatis in successione feudorum, nam in Marchia, Ducatu Brunsvicensi & Magdeburgico non succedunt ita legitimi Dn. STRYCK. all. l. Q. 38. junct. WINZIGER. Annot. ad Illam & quidem ad hanc Questionem not. pro se & liberis legitime natis p. m. 431. Ordin. Polit. Magdeb. c. 44. §. 14. ubi tamen sermo solum est de feudis avitis, & nati ex duobus desponsatis etiam excipiuntur Conf. Duc. HENRICI JULII Brunsvic. d. A. 1593. d. 3. Januar. wegen Ehebruch und Zwerey in illustri Ducatu Brunsvic. Lunaburg. & Wolfenbütano erecta. RITTERSH. Part. feud. lib. 1. c. 13. n. 3. ENGELBRECHT ad ff. disp. 1. §. 26. LVDOV. Doctr. ff. de his, qui sui vel al. jur. §. 9. add. HAENQ. in Obs. Theoret. Pract. tit. de his qui sui vel al. jur. n. 2. Sed non video, quo fundamento illa Constitutiones provinciales nituntur, cum partus legitimus sanguinem a patre suo, scilicet vasallo, trahit, at Constitutionibus cujuslibet provinciae est standum. Hinc Domini Veneti non admittunt in eorum Consilium illegitime natos, quamvis per subsequens matrimonium legitimatos, uti refert FVLGOS. Conf. 62. n. 3. vers. hocque evidentiur. Et PALÉOTT. de nob. & spur. cap. bi. n. 9. & prae-sumptivè ex ea ratione, quia similis est homini curato a vulnere remanente aliqua cicatrice vid. NICOLAI NOALIS. Icti Veneti tractat. de Transmiss. Cas. 29. n. 41. §. 42.

Exceptio est in quibusdam locis.

§. XVIII.

Ejusmodi liberi ad officia quoque sunt admittendi CARPZ. P. 2. C. 6. def. 12. sicut in ipsorum statutis cautum, daß allein die voll- und wohlbürtige Kinder solten in der Junfft aufgenommen werden. MEV. P. 3. Dec. 87. Retrotrahitur enim matrimonium hoc casu ad praeteritum tempus natiuitatis filiorum, omnemque maculam purgat, nec valent statuta

An admittendi sunt ad officia?

contra jus & favorem matrimonii. WESENB. ad §. 12. Inst. de nupt. HARTM. BISTOR. P. I. Q. 30. par. 2. qu. 4. BÖER. Decis. 159. CARPZ. in Jurispr. Eccles. Lib. 2. def. 236. Non denique dignitatum porta ipsis ocludendæ arg. l. 2. C. de dignit. HAHN. ad WESENB. tit. de his, qui sui vel al. jur. n. 2.

Mulctati sunt.

§. XIX. Quamvis verò legitimati ad officia admittuntur, (quod autem officines non animo quidem bono hoc faciunt, ac ægre ferunt, dum ad observantiam exterorum collegiorum provocant, tamen illa consuetudo & observantia irrationabilis atque vituperabilis vocatur vid. CARPZ. P. 2. C. 6. def. 12.) hoc tamen non aliter fit, quam si ab officio mulctati sunt, alias non veniunt mit zum Aufstegen, Quartale halten, und Verfahren & per consequens à collegio excluduntur; Qui desiderat plura de hac materia, ille adeat D. ADRIANI BEIERI Tr. de Colleg. Offic. cum annot. FRIED. GOTTELSTRUV. C. §. quales sunt recipiendi? Von Junfrmäßigkeit/ ibi plura exempla deprehendet, quorum brevitatis ergo me refero.

CAPVT II.

De Legitimatione per Rescriptum Principis.

§. I.

Quid sit?

Describi non aliter accurate potest legitimatio per Rescriptum Principis, quam tali modo, quo summa Majestas tribuit jus legitimorum filiorum vel immediate, & per se, vel mediate, per eos, qui Comites Palatini vocantur, quibus à summa Majestate data est potestas Notarios creandi & Lauri Poëtica donandi &c. vid. RITTERSH. ad Novell. P. 4. cap. 12. & SVTHOLT. ad Inst. Dist. 2. Aph. 66.

§. II.

De immediata legitimat. dist. 687.

Præus autem dispicere volo de illa legitimatone, qua immediate ad quem pervenit, quo facto, ad alterum legitima-

mationis modum, scilicet, qua fit per Comites Palatinos & sic mediate, descendam.

§. III

Locum hac habet, si pater liberos naturales non peperit facere legitimos, per subsequens matrimonium v. g. si concubina sit mortua & si non extent liberi legitimi Nov. 89. c. 9. Nov. 74. c. 2. qui modus infirmior est quam procedens, unde etiam subsidiarius dicitur ECKOLT. *Compend. ff. Jur. de his, qui sui vel al. jur. §. 22.*

Dicitur modus subsidiarius.

§. IV

Hic modus ut rite celebraretur, Jus Romanum requirebat (1) ut legitimandus sit naturalis ex concubina susceptus, & ira (2) non sit ex damnato coitu natus (3) pater commode concubinam ducere non possit (4) ipse pater libellum Principi offerat & (5) liberos legitimos non habeat per Nov. 89. c. 9. STRYK. U. M. ff. *de his, qui sui vel al. jur. §. 15.*

Quid requirebatur de Jure Civ?

§. V

Jure vero hodierno aliud dicendum; Nam cum combinatus per noviores Imperii Leges inter prohibitas & damnatas conjunctiones relatus est, vid. *Reform. guter Poltecey, de Anno 1530. 1577. tit. von leichfertigen Beywohnungen* c. CARBZ. *Pr. Cr. P. 2. Q. 70. n. 41. & Jurispr. Eccl. L. 2. def. 235.* nulli liberi eo significato naturales amplius repériuntur, objectam ejus his nostris temporibus liberos extra matrimonium ex stupro aut simili illicita conjunctione natos constituere tradunt. SCHVLZ. *ad §. fin. Inst. de nupt. lit. H.* HAHN. *ad WESENB. de his, qui sui vel al. jur.* Quod ipsam alii & ad eos, qui ex adulterio & nefario complexu nati, extendunt, ita tamen, ut talem indulgentiam dispensationis potius, quam legitimacionis nomen mereri dicant, vid. JOH. GEORG. & CHRISTOPH. BESOLDI Fratres, *in delib. Jur. ad l. i. ff. Rubr. de legitimat. quod tamen Covarruv. de Matrim. P. 2. cap. 8. §. 8. n. 2.* in hunc modum limitat, dicens: Dispensationem tantum fieri ad certum actum, & inde si fiat ad honores, ad successiones, ad omnia

Hodie res aliter sese habet.

alia, tunc non amplius esse dispensationem, sed legitimam, sed de illa materia in §. 12. Cap. preced. Dissert. meae fuit actum, ac verba Dn. STRYK. de hac re allata sunt, quod solummodo sit lusus in voce; utrobique tantum juris habebit, & legitimatus & dispensatus, quantum indulserit Princeps.

§. VI.

Quidnam requiritur hodie ad legitimat.?

Ut pramittantur (1) preces, quibus inferi debent circumsistantia respectu parentum, natiuitatis, aetatis, baptismi &c. possunt autem etiam ipsi liberi inuitis atque infcisi parentibus hanc legitimacionem ad effectum delenda macula hodie petere STRYK. all. l. §. 18. adeoque non amplius requiritur, ut ipse pater preces obtulerit *Id. §. 17.* (2) ut fiat ab eo, qui potestate legitimandi fruitur. Refertur ad Jura majestatica, & Imperatori competit in Imperio, qui hanc potestatem exercet vel immediate, vel mediate, per Comites Palatinos, quorum potestas tamen restrictior est. Idem de Statibus Imperii asserendum, quamvis ultra territorium legitimatio se non extendat Dn. de RHET. in *Jur. Publ. L. 2. T. 1. §. 11.* non vero Camera Imperialis, nec Judicium Imperii Aulicum, SIXTIN. de *Regal. l. 1. c. 4. num. 17.* BLUM. in *proc. Cam. tit. 42. in fin.* (3) in solenni Rescripto vel instrumento, de cujus forma vid. MEY. g. D. 127.

§. VII.

Quid illustr. person. obtinet?

In nostra autem republica hac legitimatio à solo Imperatore fit, & quidem legitimacionem filiorum Principum, Comitum & Baronum Ipse sibi reservare solet STRUV. *Syntag. Jur. Civ. Exercit. 7. rb. 54.* cujus rei recens exemplum videmus in Antonio, ultimo Comitiss Oldenburgensis ANTHONII GUNTHERI ex Ugnadia suscepto filio naturali, qui ab Imperatore legitimatus & Dominus in Kniphaußen factus est SPENER. in *Syllog. gen. Hist. P. 59.*

§. VIII.

Quid in feudis?

Si in instrumento quoad successiorem nihil sit dispositum, non admittitur, si autem quoad successiorem patre animi-

nimirum sollicitante atque petente, alias mortuo patre vel non petente non procedit hæc legitimatio quoad successionem, sit legitimatus, tunc videndum est, an à Domino feudi hoc factum sit, nec ne? posteriori modo non admittitur, nisi Dominus feudi alias in legitimationem consenserit. SCHRADER. P. 7. c. 15. n. 21. priori vero modo est distinguendum inter feudum novum & antiquum, in illo enim, scilicet novo, res caret scrupulo, in quo alias agnati non succedunt, proinde legitimatus quoad feuda nova rectè collaterales excludit. GAIL. l. 2. Obs. 142. n. 12. Et hæc legitimatio tendit tantummodo in præjudicium Domini legitimantis, si alii successores non adfoerint. STRYK. Exam. Jur. Feud. cap. 15. qu. 40. De feudis vero antiquis, Stamm-Lehen, non succedunt, nisi agnatorum consensus intercedat, nè his jus ex prima investitura quaesitum auferatur. STRUV. Syntag. Jur. Feud. l. 9. tit. 3. n. 9. Quamvis aliter. GAIL. n. 13. & seqq. contrarium statuit, nempe quod Princeps possit absoluta potestate sua uti, quia tantummodo agnatorum jus esset in spe &c. tamen n. 16. in fin. dicit: *Nam quæ ledunt pietatem, existimationem, reverentiam nostram & generaliter, quæ contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est. & Princeps à Deo constitutus est, ut faciat justitiam & judicium, proinde, si terminos justitiæ excedat, peccat contra ordinationem Dei & Principis nomine indignus est &c.*

§. IX.
Nivo atque consentiente patre filium naturalem, non extantibus liberis legitimis, legitimari posse quoad allodia nullum dubium est. vid. GAIL. all. l. n. 1. ubi rationem adjicit, quia hoc casu in legitimatione filii naturalis pariter interesse principaliter consideratur, & quoniam ipse de rebus suis, præsertim si nullo fideicommissi onere subjecta sunt, pro arbitrio exclusis collateralibus disponere potest, nemini injuriam facit, si naturalium restitutioni consentiat.

§. X.
An verò Princeps in præjudicium liberorum jam dum natorum naturales eum clausula: *non obstantibus liberis legi-*

Quid in allodialibus?

vid. l. 1. n. 1.

vid. l. 1. n. 1.

An Princeps in præjud. liberor. natur. ad

*Success. natu-
rales legitima-
re possit?*

imò natis, ad instantiam Patris legitimare, & ita jus liberis legitimis antea quascumque ipsis auferre possit? ardua est quæstio; BRVCKMANNVS de Regal. §. soluta potestas c. 3. n. 20. putat Principem hoc posse, cum ex plenitudine potestatis, inferatur plenitudo tempestatis vel ætatis. Cum autem Princeps omnium subditorum juribus quæsitis prospicere debeat, non video, quomodo illis hæc per ejusmodi legitimationem imminuere possit? Hinc infero, hanc clausulam legitimatis quoad legitimam prodesse non posse, quia hæc liberorum legitimorum proprium patrimonium est, GALLERAT. de Renunciat. Tom. 2. Cent. 1. Renunciat. 47. n. 3. & hujus quodammodo Domini vivo adhuc patre existimantur §. 2. Inst. de hered. qual. & diff. quamque lex naturæ ipsi jam dum adjudicavit l. 7. ff. de bon. damnat. sed effectum tantummodo habere quoad reliquam hereditatem, legitimam excedentem, eo ipso, quia pater hanc excedentem patrem pro arbitrio suo aliis, imò prorsus extraneis personis relinquere & ita liberè de hac disponere potest. STRYK U. M. ff. de his, qui sui vel al. jur. §. 16. CARPZ. P. 2. C. 6. def. 27. STRUV. Syntag. Jur. Civ. Exercit. 3. th. 55. ac ultimo pater non potest filiis legitimatis plus relinquere, quam legitimis. GAIL. all. l. n. 9.

§. XI.

Sed quid si pater in libello supplicii nullam mentionem fecit liberorum legitimorum.

Cum autem legitimorum nulla facta sit mentio in precibus patris, legitimatio, tanquam subreptio, non valet: quia privilegia sine præjudicio & diminutione juris tertii intelligenda sunt, legitimatio enim naturalium, extantibus legitimis, odiosa & à jure reprobata est, quia non facile sollet fieri, nisi in defectu legitimorum. GAIL. cit. l. n. 10. & 11.

§. XII.

Regulariter fit viuo patre.

Hæc legitimatio regulariter fit vivente patre, potest quidem post ejus mortem fieri, ita tamen, ut non præjudicetur quoad successionem, aliis, quibus hereditas eo momento, quo pater obiit, jam delata fuit. LVDVIC. Doctr. ff. de his, qui sui vel al. jur. §. 16. Fallit tamen, nisi testator in testamento suo dixerit, quod filios naturales legitimos suos

suos successores esse velit, & deinde confirmatio Principis accedat. *Nov. 74. c. 2. Nov. 89. c. 10.* tunc enim perinde habetur, ac si legitimatio vivo patre facta fuisset. Idem est, si pater aliquem filium suum nominaverit. *Nov. 117. c. 2.*

§. XIII.

Moribus, tamē Germania hoc debetur, quod non solum Imperator, sed etiam Status Imperii vi superioritatis territorialis illo jure gaudeant. *MTLER ab EHRENBACH. de Princip. & Statib. Imp. c. 54. §. 1. KNIPSCHILD. de Civit. Imp. l. 2. c. 4. n. 100. LIMN. de I. P. l. 4. c. 9. n. 142.* Hoc tamen interest, quod hæc Statuum Imperii legitimatio ultra territorium effectum non habeat. *RHETIVS Inst. Jur. publ. l. 2. tit. 9. §. II.* nam statuta & sic quoque beneficia personas habilitantia, non extenduntur ultra territorium statuentium. *MEY. ad Jus Lub. P. 2. tit. 2. Art. 10. n. 37.*

§. XIV.

Alterum modum legitimationis, qui mediate, nempe per Comites Palatinos, fit, quod attinet, quaestio nascitur: An Comites Palatini etiam ad successionem legitimare possint? quod negatur, nam horum potestatis non est, juri derogare, nisi id expresse ab Imperatore indultum. *GAIL. lib. 2. Obs. 142. n. 7. & seqq. conf. MEY. P. 9. Dec. 126. & 127.* Quod autem Comites Palatini in territoriis Statuum Imperii ad successionem legitimare possint, vix statuendum, dum propter famigeratissimum *art. 8. Pac. Westph.* jus territoriale & omnia annexa Hisce sit relictum, hoc autem modo ea aequae ac Regalia laderentur. Incidenter hic adjiciendum, quod hujus loci ejusmodi legitimaciones, quæ per Comites Palatinos fiunt, vocari soleant, das Lorenzen; Origo hujus vocis statuitur, quod aliquando Comes Palatinus nomine Laurentius plures actus legitimacionis celebraverit, quos postmodum plebs communiter per vocabulum, Lorenzen, denotavit.

§. XV.

Competit hisce jus legitimandi tam ex damnato, quam incestuoso sive adulterino coitu natos, cum constet, hanc

Non solum Imperator, sed quilibet Status Imperii potest legitimare.

Comes Palatinus ad successionem legitimare non potest.

Quid de a adulterinis & incestuosis?

C

EX

ex prohibita conjunctione procreatos liberos ipsi legitimi faculatem tribui solere ab Imperatore, quod STRYK. in *Uf. Mod. ff. de his, qui sui vel al. jur. §. 15.* satis demonstrat, & tenorem Comitav, quod semper Reftori regnanti Universitatis Hallensis concessum est, allegat, quo B. L. remitto. Semper autem inspicendus est tenor Comitav.

§. XVI.

An sint tales admittendi ad dignitates?

Multi sunt, qui negant, tales personas ad dignitates esse admittendas, inter quos praprimis nominari potest MYNSIGER. *Cent. 4. Obs. 31.* qui existimat, legitimos per rescriptum non admitti ad honores quoscunque, & in specie eos ab Assessoratu Camera excludi; Huic autem viriliter sese opposuit GREGOR. MVNDIVS à RODACH. in *tract. de Comit. Palat. Cap. 3. §. à num. 95. usque ad n. 100.* rationibus, exemplis & auctoritatibus contrarium probavit. Et sane contra principia juris esse videtur, quod asserit MYNSINGER. *legitimatos nihilominus manere infames de facto inter bonos & graves viros, quasi verò ipsi unquam infames fuerint? conf. LVDOV. Doctr. ff. l. c. §. 13.*

§. XVII.

An ad officia?

De legitimatis, & an ad officia sint admittendi, vid. alleg. BEYER. de *Colleg. Opific. Cap. 5. Quales sunt recipiendi? Don Junftmäsigkeit*, ubi plura legere licet.

CAPVT III.

De Legitimatione per oblationem Curia.

§. I.

Quid sit?

Legitimatio per oblationem curia est, quando pater filios suos naturales curia offert, aut filias curialibus matrimonio jungi curat vid. STRUV. *Syntag. Jur. Civ. Exercit 3. tb. ult.*

§. II.

Quisnam invenit?

Hic legitimandi modus inventus est a Theodosio Imperatore Nov. 89. c. 2. & confirmatus est a Leone l. 4. C. de *natural. lib.* & explicatur a JUSTINIANO in d. Nov. 89.

§. III.

Quomodo fit?

Ista autem oblatio fiebat, si pater filium naturalem curia i. e. Corpori curialium ejus civitatis, ex qua oriendus, vel cui subest vicus aut possessio, unde ortum

ortum dicit. l. 3. C. eod. vel si originem ex veteri aut nova Roma, id est, Constantinopoli trahit, cujuscunque metropoleos curiæ Nob. 89. c. 2. eo animo offerat, ut in ordinem Decurionum cooptatus muneribus nec non oneribus omnibus ejus loci subjiçiat, sive populi sive actorum testimonio ad eam rem requisito vid. d. Nob. 8. l. 3. C. de natur. lib. hac ratione pater filium naturalem in potestatem suam redigebat, in qua eum antea non habebat. STEPHAN. Nob. 22. n. 52.

§. IV.

Per Curiam autem non intelligimus palatium Principis vel Præsidis: Ve- Quidnam in-
rum Curiam municipii vel civitatis & corpus seu collegium curialium, id est, intelligitur per
illorum, qui functionibus publice obeundis adstricti erant GVD. L. l. c. Curiam?
16. p. 38. de Jur. Nobiss.

§. V.

Decuriones sunt, qui in municipiis & coloniis consilii publici gratia con- Quid sunt de-
scribuntur BORCHOLT. c. 7. n. 20. de feud. & consilio reipublicæ curia-
lis intersunt ac præfunt PEREZ. ad C. de decurion. inde velur Senatores mun-
cipiorum olim fuisse l. 33. C. de decurion. GVD. l. 5. c. 7. de Jur. Nobiss.
quorum concilium habuit formam Senatoriæ curiæ Nob. 38. in princ.

§. VI.

Exinde fuerunt dicti Decuriones, quod cum e civitate Romana Colonix Unde sunt di-
deducerentur, decimus quisque ex iis, qui deducebantur, eligeretur publici
consilii gratia l. 239. §. 5. ff. de V. S.

§. VII.

Dicti quoque sunt curiales l. 21. 25. 39. 47. C. de Decur. Nob. 38. in pr. Dicuntur Cu-
a Curia. GVD. L. d. l. quia ex curiis in senatorium ordinem reducti erant l. riales?
45. C. d. l. & per curiales civitatum munera congrue compleantur l. 21. C. de
Decur.

§. VIII.

Quia vero conditio Decurionum valde dura erat & onerosa l. 39. C. de Ratio hujus le-
decur. quippe quod multum gravarentur collationibus tributorum, ut quod ex-
actionis deerat, decuriones facultatibus suis supplerent: plu imum tamen con-
suleretur commoditatibus municipiorum per ipsos Decuriales l. 9. C. de natu-
ral. lib. idcirco privilegii loco data est legitimatio.

§. IX.

Legitimabatur etiam filia naturalis, si pater illam in matrimonium dabat
curiali l. 3. C. de natural. lib. Nob. 89. c. 2. rationem hujus legitimatonis si per-
scrutamur, verum quidem est, quod oblati filii curiæ ideo legitimarentur, ut as-
sumti in ordinem decurionum multa sustinerent munera, feminae autem publi-
cis muneribus ordinariè non funguntur l. 2. ff. de R. J. Ast cum PEREZ.
ad C. de natural. lib. n. 5. responderetur, quod & hac ratione consultum fuerit
Curia, susceptis liberis, qui patris conditionem sequuntur. Et sane, quid in-
terest,

terest, utrum per filios, an per generos commoditatibus civitatum consulatur? Et
urum nobis lex faciat curiales, aut siveat, quos invenit? l. 3. C. de natural. lib.

s. X.

*Hodie cessat
hic modus legi-
timationis.*

Tandem hodie hic legitimandi modus exolevit, cum munera pu-
blica non amplius fugiant homines, sed precibus pretioque ambiant, conf.
HOPP. ad s. ult. Inst. de nupt. & plures alios. Sed quaeritur, si spurius hodie
a Principe sciante Senator constituatur, an fiat legitimus? Resp. Affirmative,
Princeps enim sine dubio volendo consequens, antecedens quoque, scilicet le-
gitimationem voluisse, censendus est, praesertim cum hoc sit in ejus potestate
STRYCK. *Uf. Mod. ff. de his, qui sui vel. al. jur. s. 19.*

s. XI.

Conclusio.

Equidem plura adjici potuissent, sed B. L. ad allegat. Autor. & LL. remit-
to, nihilque ulterius peto, quam quod primitiae morum studiorum benevole
velint accipi.

* * *

Mirritur autumnus, quem mox, cum frigore tristi
Ac nivium cumulis, sava sequetur hyems.
Sed, Tu, nunc vernas, Tu Juris strenue Cultor,
Sic veri pulchro nulla nocebit hyems.
Nam Themidos latos procul exspariaris in hortos,
Ver ætatis adest, perdocet hoc specimen.
Dulcibus inde tuis hilari jam gratulor ore
Floribus, utque ferant commoda multa precor.

PRÆSES.

Palladis in studio versans librisque Sophorum
In Juris studio pramia digna capit.
Hoc bene perpendis, Sophies in tramite pergis,
Astrææ studium sedulitate colis.
Nunc præclara Tui monstras monumenta laboris,
Dum primum felix pulpita clara petis,
Conatus laudo, conatibus apprecor istis,
Ut patria possis sic decus esse tuæ.

Hæc gratulabundus apponit Opponens

Henricus Benjamin Siegler / F. U. Cult.

ERFURT, Diss., 1730 (1)


ULB Halle

003 749 266

3



TA → OL



B.I.G.


Farbkarte #13

3. Fri. 27. Num. 30. ~~P. 2. 50.~~ 37

DISSERTATIO JURIDICA 1730, 36

DE
NATALIVM
RESTITVTIONE
SEV
LEGITIMATIONE LIBERORVM
ILLEGITIMORVM

1734



QVAM
DEO T. O. DVCE ET AVSPICE
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICO
REVERENDISSIMO ET AMPLISSIMO DOMINO,

DN. PLACIDO

REGALIS MONASTERII S. S. APOSTOLORVM PETRI ET PAULI ORD. S.
BENEDICTI INTRA ERFFORDIAM ABBATE, PRÆPOSITVÆ ZELLENSIS
ET IN FRANCKERODA AD VVERRHAM DOMINO, S. FACVLT.
THEOLOG. ASSESSORE PRIMARIO, ETC.

IN PERANTIQA ERFFVRTENSI VNIVERSITATE
INDVLTV ILLVSTR. FCTORVM ORDINIS
SVB PRÆSIDIO

DN. RVDOLPHI HENR. Siegler,
J. V. D. PROF. PVBL. ORD. ET COLLEG. SAXON. DECAN. ETC.

IN AVDTORIO JCTORVM MAJORI
CIRCA HOR. X. DIE XXI. OCTOBR. ANNO MDCGXXX.
EXERCITII GRATIA

PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISIONI SVBMITTET
RVDOLPHVS CHRISTOPH. Tenne/
J. V. Cult. Walfchleb. Erfürtenfis.

ERFFORDIÆ, Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII, Acad. Typogr.